

Federico II di Svevia

*Arenga 470*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 470*

—

Cum data lex Iustiniana a fonte Romane sapientie

Cum data lex Iustiniana a fonte Romane sapientie cum decretis sanctorum patrum videatur ad omnia consonare et lex veteris testamenti penitus concordet cum novo, quecumque homo seminaverit, hec et metet. Legimus enim, quod per superbiam extitit Lucifer expulsus e celo, Adam per inobedienciam a paradisi gaudiis exulavit et uterque inferni penas et tormenta gustavit. Abraham vero mandata domini devote et cum summa diligencia percumplendo, dum vellet deo unicum filium immolare, adeptus est beatitudinem et gloriam paradisi. Ysaac propter veram pacienciam, quia volebat de se pacienter fieri holocaustum, meruit cum patre in eadem gloria collocari. Iudas apostolus et discipulus Ihesu Christi fide magistri sui et domini denegata vendendo dominum traditor est effectus et ob hoc per se mortem sibi intulit suspensivam et factus diabolo hostia in inferno. Latro vero meritis et aetibus condempnatus in crucis patibulo dominum confitetur et veniam meruit peccatorum et eadem hora cum Christo paradisi gloriam intmivit. Et simile videtur accidere fidelibus et hominibus regni nostri.